



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Goar co[n]fessore. Cap[itulum]. Ixij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

nec habes quicquam in eloquio rusticitatem admittit: unde accidit ut pre ceteris flores huiusmodi eius translatio non potuerit conservare. Qui etiam non tam propheta dicendus est quam euangelista. Ita enim universa christi ecclesieque mysteria ad liquidum profectus est: ut non eum quis putet de futuro variari: sed de preteritis hystoria testere. Prophe-
taur autem esaias in hierusalem et in iudea: nec non decem tribubus in captivitate ductis: ac devotus regno nunc committitur nunc separatim textit oraculo. Et licet interdum ad presentem respiciat hystoriam: et post babilonie captivitate reditum populi significet: in iudea tamen omnis ei cura de vocatione gentium: et de adventu christi est. **¶** Hic sanctus propheta ezechias regem iuda: divino responso ad se factum confortavit ne timeret a facie sennacherib regis assyriorum cum hierusalem obsideret: permittens regi et in hostibus plagam: et in populo dei salutem affuturam. Quod et factum est: angelo domini in castris assyriorum centum et octuaginta quatuor milia percutiente: et sennacherib effugante: ut supra dictum est in gestis ezechie regis. **¶** Huius etiam orationibus dominus placatus super lachrymis eiusdem regis: cum illum occidere permitus decrevisset adiecit vite ipsius annos quindecim: in cuius signum solem per decem horas in egyptica retro gradari fecit: ut supra in eadem hystoria dictum est. **¶** Huius etiam prophete temporibus erat piscina extra urbem quando exercitus sennacherib regis babilonis obsedit hierusalem. Sed piscibus suis impetrauit esaias a domino: quod sic abatur quasi hostes ad eam descenderent: et cum clives egredierentur descendentes ad ipsum fontem: erant ibi aque sicut prius. Et sic quod dicit epiphanius ad hec esaias copiosius solito egresse sunt aque de fonte syloe. Hoc enim stagnum vocat in euangelio naratoria syloe. **¶** Quotuo autem ezechias cum filio eius manasses regnare cepisset: et idola ac aras simulacrorum que pater suus destruxerat renovasset: et populum in viis gerium errare fecisset: eum quoque prophete missi a domino redarguerent: neque mini eorum parcebat: sed plenas hierusalem prophetarum sanguine purpurabat: inter alia vero scelera sua esaiam prophetarum avum suum maternum sic hebreos: vel sic alios affinem: eiecit extra hierusalem circa dictam piscinam syloe serra lignea per medium secari fecit. Qui dum in principio sectionis angustiaret: petiit sibi dari aquam: ut biberet. Et cum nollet ei dare dominus de sublimi immisit aquam in os eius: et continuo extiravit: nec inde carnifices destiterunt a sectione. **¶** Ob hanc enim aque missionem confirmatum est nomen syloe: quod interpretatur missus. Nec sepelitur eum in sepulchro prophetarum: sed sub quercu rogel iuxta transitum aquarum memorate piscine quem fecerat ezechias: unde in iugem memoriam sancti prophete adhuc aque in piscina syloe non siccant: sed certis horis ebullunt. Et quia oratione sancti viri aque ille a domino

divinitus date fuerant: populus prophetam gloriose sepelivit in loco predicto parte noni. iulij: etiam ut orationibus eius post mortem ipsius in defineret huius aque beneficio potirent. Hec iosephus et hieronymus: et ex hystoria scolastica atque ex epionica guillelmi.

¶ De sancto Trankillino martyre. Cap. lxi.

¶ **T**ranquillinus mar-
tyr: tempore diocletiani rome passus est. Hic fuit pater sanctorum martyrum marci et marcelliani: quos et martia vixore genuit: qui ad predicacionem beati sebastiani martiris cum coniuge sua ad christum conuersus: ut supra dictum est in passione eius. xij. kalen. februarij: et a sancto polycarpo presbytero vna secum sacri fontis vnda profusus est. Et cum graui morbo ipse tranquillinus laboraret: mori ut baptizaretur est sanitate precepit. Postquam marcus et marcellianus eius filij passi sunt: ut supra in eorum passione actum est. xij. kal. iulij: et martia mater illorum post dies modicos in pace migravit ad christum. Post hec autem cum audisset tranquillinus: quod socer suus nicostrati pro christi nomine passa esset: ut dictum est supra de ea. iij. noni. iulij: et ipse in medietate proripens conuertere cepit: quod femine viros ad palmam prederet: et se christiani libere in fori medio proclamaret: a paganis furibus lapidatus martyrii consummavit pridie noni. iulij.

¶ De sancto Boar confessore. Cap. lxiij.

¶ **B**oar monachus et
confessor sanctus anno. xvij. mauritij imperatoris veniens ex agrania claruit in gallia: ut ait Sigibertus: cuius sanctitatis famam sigibertus rex francozum audiens ipsum per nuncios requisivit: quem ad petitionem populi trenerent. ipsum constituere voluit: ille autem satis recusavit. Tandem dierum triginta inducias postulavit: ut ad cellam suam pergeret: et monasterij facta disponderet. Quo dum pervenisset: oravit ad dominum: ut se ab huiusmodi iugo liberaret: qui mox febre percussus post sex annos continuos graui languore decubens redire non valuit: et sic in senectute bona ibidem in pace genuit parte noni. iulij: cuius corpus ibidem tumulatum mirabiliter effulget.

¶ De sancto Nicostrato martyre. Cap. lxiij.



¶ **N**icostratus
martyr: maritus sancte soes primicerius imperatoris diocletiani fuit: cuius vixorem sanctus sebastianus: que pre graue diuine longe infirmitatis dudum loquelam amiserat: liberavit: et ipsum virum et ac comitum iugem cum alijs multis ad christum